

optio ab actis | urbi¹, veteranus Aug., | decurio, aedil., praef., | IIvir. i. d., ob honorem | aedilitatis, inlatis rei | p. HS III n. legitimis, amplius ex HS V n. posuit | idemq. dedicavit.

Thubursici Numidarum (VIII 4874 descr. Villefosse). — 1) Cf. N. 2402 not. 2.

2117 C. Luccius C. fil. | Stell. Sabinus | Beneventi decurio, | vivus sibi et Ofilliae | Paratae uxori et Luccio | Verecundo fratri posterisq. | suis fecit, militavit in coh. | I¹ urb. ad latus tribunor., fuit | secutor, optio valetudi.², optio | carcaris, singularis, benefic. | tribuni, a quaestionib.³ factus per | Annium Verum praef. urbis⁴, et | tesserarius, optio, signif., fisci | curator, optio ab act., cornicul. | trib., benef. Valeri Asiatici praet. (*sic*)⁵ | urb.⁶, missus ab imp. Hadriano Aug. | Serviano III et Vibio Varo cos.⁷, [dec.] X [k]a[l.] Mai. Erucio Claro II cos.⁸ In f. p. XX in agr. p. XX.

Beneventi (IX 1617 vidit Mommsen). — 1) Sic omnino in lapide aut fuit aut debuit esse. (T Mommseno lapis visus est habere). — 2) Optio valetudinari. — 3) Cf. N. 2415 not. 1. — 4) Annius Verus, avus Marci imperatoris, cos. II a. 121, cos. III a. 126; eum praefectum urbis fuisse narrat vita Marci c. 4. — 5) Scr. praef. — 6) Valerius Asiaticus, consul iterum a. 125 et circa eadem tempora ut videtur praefectus urbis (cf. C. XIV 5743 cum adnot.). — 7) A. 154. — 8) A. 146.

2118 M. Carantius Macrinus centurio coh. | primae urbanae, | factus miles in ead. cohorte Domitiano II cos.¹, | beneficiar. Tettieni Sereni² leg. Aug.³ Vespas. X cos.⁴, | cornicular. Corneli Gallicani⁵ leg. Aug.⁶ equestrib. | stipendis⁷ Domit. VIII cos.⁸, item Minici Rufi⁹ legati Aug.⁶, | evocatus Aug. Domit. XIII cos.¹⁰, centurio imp. Nerva II cos.¹¹, t. p. i.¹²

Prope Genavam rep., est ibi in vico Carouge (XII 2602 vidit Mommsen). — 1) A. 75. — 2) Consul suffectus a. inc. (cf. Eph. ep. 5 p. 645). — 3) Legatus Augusti videtur fuisse provinciae Lugdunensis, in cuius finibus cohortem primam urbanam temporibus Flaviorum tetendisse ex aliis titulis notum est (cf. ad N. 2419); nam aliter vix explicari potest, beneficiarium eius fuisse militem ex ea cohorte. — 4) In numero X error est; nam Vespasianus mortuus est a. 79 cos. IX, decimumque consulatum omnino non gessit. — 5) Consul suffectus a. 84 (cf. supra N. 1997). — 6) Etiam Cornelius Gallicanus et Minicius Rufus legati videntur fuisse provinciae Lugdunensis. — 7) Videtur tunc temporis meruisse eques; sane equites in cohortibus urbanis praeterea non memorantur. Cf. Mommsen Staatsr. III p. 545 not. 1. De equo publico equitisque Romani honore nullo modo cogitandum. — 8) A. 83. — 9) Consul fuit a. 88. — 10) A. 88. — 11) Significatur annus 90, quo consules fuerunt Domitianus decimum quintum, Nerva adhuc privatus iterum; honoris causa hic solus nominatur anticipato imperatoris titulo (Mo.). — 12) Testamento ponii iussit.

2119 M. Curvelius | M. fil. Aniens. | Robustus mil. | cohor. I Flaviae¹ | urban.² D Herenni, | testamento sibi fieri iussit. II. p. c.³

Lugduni (Allmer et Dissard musée de Lyon I p. 447). — 1) F et L litterae ligatae, unde priores ediderunt Flaviae. — 2) Cohortem primam urbanam videtur creuisse Vespasianus; castra habuit, testibus titulis (quos composuit Mo. eph. ep. 5 p. 418) non Romae, sed primum fortasse Lugduni, postea Carthagine (cf. N. 2420 seq.). — 3) Heres ponendum curavit.